

et vero etiam legitime, vtatur, soleat vituperari; sed quae fiant turpes, et deformes, vitio, atque peruerfitate, hominum. Postremo Anacreon Amore, et Vino, praedicando nihil videtur docere voluiffe aliud, quam quod non oporteret vnquam triftitiae indulgere, neque fe curis conficere, nec quae effent futura cras, anxie, et folicite, quaerere; immo, pulfis e pectore mordacibus curis, laeto femper, hilarique, et otiofo, animo effe: quae munera mortalibus Liber, Venusque modica, fed legitima, praestarent.³ Cur igitur poëtam eum, cuius Mufa res non malas canat haud male, fic, vt Romani Horatii aetate Satyricos, oderis? Quidni fcholarum magiftris liceat eiuſmodi poëtae carmina ingenuis adoleſcentibus interpretari? Niſi velis forte Ariſtophanem, Plautum, Terentium, Horatium, hoc eſt, optimos vitae, morumque, magiftros, e manibus iuuentutis ſimul excuti. Quis enim inficietur, ab iis magis, quam ab Anacreonte, non Academicorum verecundiam, fed Stoicorum loquendi libertatem, amari? Atque quum grauiora quiſque opera ſoleat luſibus, et iocis, honeſtis, atque liberalibus, recte diſtinguere: quin literarum doctoribus, et grammaticis, permiſſum ſit, interdum libros, quibus hilarentur animi, explicare iuuenibus, praefertim iis, quorum membra iam, animumque, aetas durauerit, et qui ſciant adeo vitae, morumque, praeepta e limpidiſſimis haurire fontibus? ⁴ Cur nos tandem pudeat eorum hominum ſcripta legere, aliisque legenda proponere, ad quorum ſapientiae laudem nobis non liceat adſpirare vnquam? Accedit ad haec, quod enarrantur maxime eo, vt Graecae linguae Veneribus, et gratia, capti adoleſcen-

3. Vid. Seneca de tranquillit. Gellius NN. AA. 15, 2.: Faber ad animi c. 15. p. 386. f. To. 1. Gron.: odor. 8, 3.

4. Vid. Quinctil, 1, 8. 7.